Viri ecclesiastici et potissi
me prelati Nam si ma
lam vitam duxerint sb
ditorum mores corrumput
Debent igitur vite sanctitati
oracioni quoque et bonis opibus in
giter intendere quia teste Bern
hardo viri ecclesiastici pastores dicuntur
populum dei oracionum fructibus et pro
populo dei debent intendere ipsum
que populum deo debent reconciliare
exemplo moysi Exodi 32 qui
deo dicebat Aut dele me de
libro tuo aut dimitte eis hanc
noxam Nunc prelati vxore
ancille postponunt et ancillam
preferunt quia suis derelictis ecclesiis
absque magna necessitate secu
laribus occupacionibus preintendunt
et in suis ecclesiis si fuerint de
ipsius predicacione non sollicitantur
sed qualiter sua curia liberius expe
diri poterit iugiter meditantur Debe
ret autem episcopus atten
dere sui nominis interpretacionem Episco
pus enim intencio interpretatur et
ideo episcopi est superintendere et
hoc inde vocabulum sumptum est
Necesse est autem eum qui preficitur
superintendere ut inquit augustinus
libro nono de ciuitate dei capitulo 19
Episcopus igitur nomen habet potius
operis quam honoris Unde bernhardus
ad Eugenium libro 2o Nomen inquit
episcopi non sonat dominium
sed officium Ideo prelatis Actuum 20
dicitur Attendite vobis et vniuer
so gregi in quo posuit vos deus
episcopos regere ecclesiam dei

Item Bernhardus ad pontificem
Senonensem dicit Secundum inquit
ethymologiam nominis ille ponti
fex dicitur qui se ipsum facit pon
tem inter deum et proximum Iste
enim pons pretingit usque ad deum
quem non propriam sed dei gloriam querit
eciam usque ad proximum venit quem
per pietatem non sibi sed proximo
desiderat prodesse Bonus inquit
pontifex seu mediator offert
deo preces populorum benediccione
et gloriam deo imputat et pro
excessibus delinquencium maies
tate inuocat an pectores pro
diuina iusticia ponit nec de suis
opibus lucrum sed dei gloriam ex
pectat Insuper Secundum epistola
hoc loquens ad ipsum nomine quali
Domus inquit tue conuersacio consti
tuta est in regula publice discipli
ne quicquid feceris illud faciendum
omnes putant Caue igitur ne ma
lum committas quoniam qui exemple
de volunt repudiantur si delin
quentes fore videntur Et subdit
Enbuere inquit pauperibus vi
sitare lugentes gaudere cum
gaudentibus debet sic prelatus
qui est cecorum baculus et studen
cium cibus spes miserorum sola
cium lugencium Ex hiis patet
igitur qualiter prelatus eciam ab
interpretacione nominis de sua spo
sa ecclesia curam habere debet Et nunc
illud Apocalipsis 3o verificatur
Nomen habes quod viuas et mor
tuus es quia sic nomen sentitur

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0202
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg